

— + —

De Salis Naturâ, affectisque Diatribâ.

Dubitanti mihi sapissime externa die vobis coram Sapi-  
entissimis Academicis pro munere meo verba factura, quid  
potissimum aut Sipientia vestra, et Exuditione dignum, aut  
delicatisimum palati, et nasutissimum ingenium consenta-  
neum adferrem, quid pro modulo meo tractare, proque ves-  
tra adversus me humanitate in medicum proferre possem;  
Subit tandem mentem, nescia quo lumine, qua Minerva,  
quove Marte auspiciibus, de Sale, deque eius natura, et  
Affectibus breviter dicere, atque in re non facili  
facilem, ut mihi visum est, Diatribam conficere. Quamquam  
et principio instituti mei pene hesi, tanquam in luto,  
dubitans nimirum, satisque ambigens, utrum sed hanc, quam  
amino pertractare acceperam, Physicus omnino, utrum Chy-  
micus, Medicusve in Exactione adducere. Quonia vero vos  
omnes S. A. non modo amo, sed et Colo, veneror, mirorque  
ideoque rei institute, quod ad Chymicam, Medicamque ar-  
tem attinet, nimis gnarus, totum me ad Physiologicam contuli,  
ab ipsaque de Salibus dissertatione depromere decrevi;  
unum incho dicendi pro dicens, neminem posse ad naturam  
adita tentare gradum, nimirumve experimenti fidere, nisi  
Physices principia optime noverit; ut mihi sepe exasse  
nonnulli, qui ante eam aliquid principem minime didice-  
rent, aut salutaverint videantur.

N 12.

*Sal* igitur, ut demum exordium, et prologium percurramus, apud imperitum vulgus illud intelligi deumtaxat consuevit, quod in Corpus commune, atque notissimum Conflatum, deinceps aqua, atque liquoribus dissolutum, Cibum, Potumque condit, saporosque efficit: ne quo Cullius ille Romanus Orator, iuxta et Philosophus libro de amicitia dixerat: Verum est illud, quod dicitur, multos medicos Salis simul edendos esse, ut amicitia munus expletum sit. Hae tamen non est, quod inane reicienda esse in hominum fecerit, atque imperito vulgo relinquenda. Quamobrem, ut Medicos, ut Physicos, ut Chymicos agamus illud de Salibus universim statuendum sentio: Contra, et robur rerum, atque omnes uberrime virtutes ostendentur in eo, in quo precipue mixtorum vires, et proprietates subsistunt: aut meliori modo Corpora esse quaedam ab aliis naturae partibus secreta, quae cumque ex particulis rigidis coalescant, facile oleosa Corpora fugiunt, imo renuunt, atque a blandiusculis aliorum Corporum partibus seunguntur: atque haec brevicula profecto est Clara natura Salis explicatio, quae ut arbitror Chymiae, et Medicinae severioribus non probari non potest, inter Sales omnes communis est, sed vero rerum naturae non Salis apte uno verbo, pro oculis poni possunt, nihilque rebus perquirendis

persecutandique accomodatiss. sit, quam eorum partes, et  
membra recernere, opere practico desit Salis genera sin  
minus explicari queant, saltem se nomine exponere.  
Alii nimirum sunt Sales inflammabiles, qui in rebus sul-  
phureis, et bituminosis percipiti degunt, alii non in-  
flammabiles; eique vel simplices, vel compositi: Ex sim-  
plicibus alii sunt nitrosi, acerrimaque constantes na-  
tura; alii acetosi, qui cum in humores profundantur, sui  
copiam <sup>non</sup> faciunt: alii neutrius generis, qui cum ex aquisi-  
ma Elementorum mixtione exortantur, neque nimis acres,  
neque ~~stulti~~ nimis sunt. Rursum qui Sales nitrosi con-  
creti solent appellari, et visibiles, vel ~~st~~ fixi, sibiq; particulis  
salis contenti, vel sunt volatiles, atque hic tantisper lice-  
at immorari: res enim est neque paroi facienda: Dis-  
crimen Sales inter fixos, et Volatiles cominus intueri.  
Quo in negotio pretermisiss Complexum Authorum Opini-  
bus illud mihi jamdudum probatum est, ut salium fixitas,  
et volatilitas non aliunde quam a Mechanicis affectioni-  
bus, diversaque Corporum Configuratione expectatur.  
Quamobrem non alia in volatilibus, alia, in fixis, exacerba-  
que Salibus natura aut exquirenda, aut propugnanda  
est, sed opposita ipsi particularum Configurationes, et af-  
fectiones dumtaxat concedenda. Quis enim non videat

partium Crassius Salium fixitati, et gravitati favere plu-  
rimum? Ita vapores si epigrammatis, si densis, si tenuissimis,  
nusquam Crassis partibus constant, facili negotio in subli-  
men aera effluentur; quod si eorum plura in una  
veluti coeant, atque in guttulas concreverint statim at-  
que gravitate ceperint, deorsum decidere videantur. Par-  
ticularum praeterea figura vel in ramulos quosdam inter-  
textas, vel in hamulos, hamulorumque imagines in-  
truncatas, vel in Complanatas superficies sibi invicem  
mordicus inherentes expansa, maximopere gravitati,  
et fixitati dat opera; ut demum id fixos Sales a volatili-  
bus discernat sejungatque; si Sapiientissimo, experimen-  
tissimoque Domino Boyle fides adhibenda est, quod in-  
ter reliqua Corpora gravia, et levia discrimen repe-  
rit, et designari a Physicis, et Chemicis consuevit.  
Enim vero mihi liceat, differentias gravitatis, et Corporum  
levitatis vobis exponere, recensere, enucleare: Gravitati-  
le, seu ab Authoribus fere omnibus vim Centripetae il-  
lam Corporum perfectionem esse dicunt ipsi, quia ad  
eum propere Corpora nituntur. Et quamquam in  
hoc amice veluti fudere Philosophi consentire vide-  
antur; Veruntamen in vi Centripetae natura expo-  
nenda, maxime inter se dissentiant. Detrudentia Corpora

matéria subtilis gravitate esse, asseruit Cartesius: Quam-  
dam innata Corporum attractione eam existimavit Newtonus:  
Magneti instare explicanda voluit Passendus;  
cui ex Globo Terraqueo prostrare, arbitretur, Corpuscu-  
la, hauriata et Encinata, que Corpora ad profundum  
rapiant, et protrudant: Alioqui vero Authores licet ver-  
bis abundant, et proferre claritate videantur, se ta-  
men ipsas in explicanda eorum opifice hujus rei phe-  
nomena combinatione multum inter se dividunt, sum-  
maque Confusione laborant; Interea vero temporis du-  
du isti Philosophi alii alios infestis signis aggrediuntur,  
attamen nos ex innata vi ad imum ferri Corpora experia-  
mur; Gravitate perfectione quondam Corporum judicium  
facio, que accidens Physicali in ipsis Corporibus recepti-  
sit. Que cum ita sint Gravitate absoluta, et respectivam  
consulto protexo; et ad Corporum levitate sane pervenio:  
ipsa enim, seu vis Centrifuga illa Corporum innata  
perfectio est, que a profundo sursum ferantur: itaque  
non legibus nature dissona existimo, posse produci  
aliquod Corpus, quod innata vi sursum feratur; sed ta-  
men ipsamet Corpora, que in universo orbe levia  
apellantur; absolute gravia esse, censeo; solumque le-  
via Respective, si cum aliis Corporibus gravioribus confe-

rambar, dici poterunt. Quid levis itaque Aere? sed si  
experimentu' Barometri attendamus, ipud adeo gra-  
ue' experiemur, ut in proportionata altitudine etiam  
cu' Mercurio equiponderet. Dum vero in Barometro  
haec omnia vobis clarissima erunt, si ipud attentis-  
sima acie perspiciatur; ego supradicta his cu' Carmi-  
nibus à Domino Polignac. libris A<sup>o</sup> vobis reseruo:

..... Parit Oppositos Causa Unica motus.

Quantumvis grave sit Corpus, gravitate propinqua,  
fit leve, vanescit majori pondere pondus.

Quam grave sit lignum, quanto cadat impete, nosti,  
Cuius in Silvis ventorum turbine magno

Fraxinus, aut Crebra truncu' percussa Securi:

Hanc tamen in fluvium mittas, ecce ima relinquet  
Oculus, ac totu' sensu' remouetur ab undis;

Aere quod lignu' grave sit magis, at minus condas;

Nam levis est aër, si pleraque Corpora cernas,

Ipse gravis.....

Tam vero ut rem agamus consuetu' preterea, aut alia  
salu' genera, aut generu' species, ut nihil se Sa-  
le comuni, de fossili, seu gemma, seu Maximo, seu  
fontano; Nihil se Sisso, seu Matro Aegyptiaco,  
de alumine, tu' in lapidibus concretu, tum minerali,

ut plumeo, et usque vi styptica, et astringente, se Vichio-  
lo, Nihil se Sale ammoniaco, et Polichresto, nihil se  
varibus ipsorum spiritibus (ut loquuntur nostrates)  
et gravibus, et volatilibus; nihil se aquam stygiam sa-  
lium beneficio conquiritur, Nihil demique se salium  
divisione, neque de ipsorum acibus Corasivis, oleosis, ama-  
ris, dulcibus, austervis, neque enim de ipsorum locis, et  
Patria, se India nimiam, se Perside, se Colonia pre-  
sertim Wieluczka prope Cracoviam, se locis Caspio ma-  
ri finitimum, se finibus Rupelle ad oram Oceani Aquit-  
tanici; se Bizolensi Comitatu; de Transilvania, præci-  
pue in Insula Ormuz, in qua edificiorum Papietes à  
Sale Confici à Plinio Cap. 6. lib. 31. memorantur, et  
nihil inquad horum omnium exponendum à me putem;  
quid et ea vos non lateant, et facillime liceat ipsa  
ex Boyleo, ex Colletio, ex Panchotio, ex Du-Jarnelio,  
ex Brethorio, ex Pluchio conquirere: Pauca tamen  
dicere se Cardonensi Sale in Potholaunia nostra lice-  
at michi: nulla enim orbis Provincia hoc fossile est  
ditior, quam Principatus noster; Ceterisque palmam  
arripit Sal noster Cardonensis in medio Potholaunia  
constitutus, ubi ingentes montes vario Salium colore pul-  
cherrime Conspiciuntur; qui licet antequam atterantur,

varios Colores reflexant, attriti vero albescent omnes.  
neque enim contemnendum est Vitruvius inter Salium gene-  
ra, quod conficitur ex Cineribus cujusdam herbae, quae  
Anthyllus apud Graecos; Kali apud Arabes; Soda apud  
Italos; et apud Hispanos Barzilla appellatur. Planta  
ex quo ista salsa est, et qui ab ea extrahitur Sal, al-  
kali nominamus; adhibentur etiam Cineres cujusdam  
lapidis calcinati, et candidi cum subtilioribus Aromis,  
quales sunt Stampensis in Gallia, et Dextusensis  
in Gotholacunia nostra: Duo praecipue phenomenum in  
Vitro observanda sunt, scilicet lacrima vitrea, quae  
cum primò a Batavis fuerit observata, Bataevica ap-  
pellatur; haec itaque est ampulla vitrea imitans lacrimam  
efformata, quae subito, et non sensim, ubi a Fornace  
extrahitur, in aqua frigida immersa, tantum contra-  
hit duritiem, ut nec iteratis mallei ictibus in parte  
crassiori effringatur, cum tamen in partibus exilioribus,  
vel levis eam percussio effringat; effractaque ingem-  
tes strepitus edat. Haec igitur Phenomeni origo con-  
suletur à Domino Nollet. leçon de Physique Thom.  
A<sup>o</sup>, leçon 1A: alterum vero est Vitri rarefactio: Solis  
radiis ardentibus expositi, minus tamen, quam Me-  
talla rarefiunt, ut accipi ab accuratis observationibus



Dominici Georgii Juan Thom. S. r. lib. 2. A. 2.

Quod autem ad Salis  
effectus, et uti dicam miracula proprius accedit, plura sunt,  
que si per temporis angustias liceret, libentissimo animo,  
et profusa oratione persequerem: Quanta enim, et qualia  
sunt, Deus immortalis, que à Sale bona veniunt? Quae  
ego hic non posset de Salibus in pulvere pipæris conficien-  
do, accendendoque, que in vitæ multâplici genere, mi-  
xabilique structura conflanda congerere? quid si de  
pulcherrimo illo artis Invenio, de lacrimis inquam vi-  
treis, deque novo Cijsatorum officio ab acutissimo Virò  
Pedro Perxelo Burgundo jam dudum reperto sermonem  
instituerem? quid denique de Salis virtute in Morbis  
vel generandis, vel expellendis; si paululum vobiscum  
conloquerem? cui celebratissima sit Philosophos inter,  
et Chymicos vetustissima, et veneratissima illa parsima.  
In Sole, et Sale omnes rerum omnium bonorum scilicet, et  
Malorum fontes reperiri. Unde (cui cetera tempus non  
patitur) pretereire tacite nullo modo possum; Salem  
nempe eum, qui medicus est; et inter acidum, et alkalinum  
medicus etiam dicitur ejusmodi esse ea virtute, quæque  
particulis præditis, ut nihil sit saluti amicitius, nihil  
humano Corpori salubrius, nihilque demum morbis me-

Sensu accomodatius.

Neque vero hac in re id me mo-  
vet, ut mihi persuaserim, neque pro certissimo habeam,  
eius generis Sales precipua. Quid esse principia: quid-  
quid olim optima Chymica Principi Lemery visum  
sit: Movenit experimenta, movet medicum Salis natura,  
movet humani Corporis Moles ex acidis, et alkalibus  
attemperata, movent rationum momenta; movet Phy-  
sici orbis Consensus, ut si Regio Archiatro, et sanis-  
simo mentis Viri Hoffmanno credere velimur, nul-  
lum hoc Sale efficacius, nobiliusque Pharmacum repe-  
riri posse existimemus; atque hoc uti, et brevia sunt,  
et pace tua R. A. dicta esse velim; mihique si quid  
minus discrete, minusque apte dictum est, proque ea,  
qua estis humanitate; veniam dabitur, et mihi aliquan-  
tulum Chymico, Physiologicoque indulgebatur. Quae cum ita  
sint, unum tandem est. S. et R. A. quod pro modulo meo  
meo cure, et emita, ut hoc tuum nomen, quod quasi lu-  
men ingens in Hispania tota elucere cernes, nullis  
umquam tenebris offendi patiar, aut obscurari.

Don J  
~~Joseph Lante~~

Don F<sup>co</sup>  
Fran<sup>co</sup> Moxer

Botanico en Barcelona

195  
30  
30  
30  
30  
705